



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

leiunij neceßitas tria includit necessaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

eis propriis dicuntur. Laus quoque pernicioſa ſicut aduſatio, & inanis gloria diſcernitur, ſi ſcilicet laudatur ſeu approbatur aliquid cōtra Deū aut proximū: vt quodcunque peccatum mortale. Ex his enim habes, quòd niſi pernicioſa ſit iactantia, ex intentione aut materia contra Deum aut proximum, venialis eſt, & frequens humani generis labes.

Idololatriæ crimen pluſquàm mortale dicitur.

Idololatria (quia ſcilicet alteri quàm Deo, diuinus cultus exhibetur) peccatum eſt mortaliffimum: quia quantum in ſe eſt, æquiparat creaturam creatori.

Ieunii Eccleſiaſtici omiſſio multipūci eget conſideratione, vt ſanè iudicet. Et ad quatuor capita cuncta reduci poſſunt. Primum eſt quidem de neceſſitate ieiunii. Secundum, qui ſunt dies ieiunii. Tertium, qui tenentur ad ieiunium. Quartum, quali vinculo adſtringamur ad ieiunium.

Ieiunij neceſſitas tria includit neceſſaria.

Quò ad primum, de neceſſitate ieiunii, ſunt tria: ſcilicet qualitas ciborum, hora competens, & vnica comeſtio. Exigit quippe omne Eccleſiæ ieiunium abſtinentiam ab eſu carniū. Sed inter quadrageſimam & alia ieiunia hoc intereſt, quòd quadrageſima requirit etiam abſtinentiam ab ouis & lacticiis: in aliis autem ieiuniis poteſt quiſque vti ouis, & lacticiis vbi conſuetudo eſt: vbi autem non eſt conſuetudo, non licet. Quòd ſi alicubi in quadrageſima conſuetum ſit vti butyro, excuſantur: ex quo tanto tempore Prælati ſciunt & non reprehendunt. Moram conuenientem ad comedendum intantum exigit ieiunium, vt ab hora nomen acceperit: vt patet

ex eo quod dicimur ieiunare vel vsque ad nonam, vel vesperam, quasi tota vis ieiunii consistat in prorogatione inediae vsque ad horam tardio rem. Et verè sic esse testatur Ecclesiastica obseruatio. Propter quod quanto plus tarda hora comeditur, melius ieiunatur: non enim praecepit Ecclesia manducari hora nona: sed negatiuam, scilicet non manducari ante. Et hora quidem conueniens antequam non est comedendum, est meridies grossa aëstimatione. Sed vbi communiter non seruatur à ieiunantibus, potest quis comedere illa hora qua communiter ieiunantes ibi comedunt. Et hoc ideo dico: quia paulatim detractum multum videtur horæ: nã trecẽu anni adhuc nõ sunt ex quo hora prandii in ieiunio erat hora tertia post meridiem: vt patet in diui Tho. scriptis. Nũc autem religiosi etiã multũ ante meridiẽ aëstiuo tempore in quadragesima vidẽtur comedere. An autẽ antequam comedat, dixerit clericus nonã aut vesperam, ad officii magis quã ieiunii horam refert: ad neutrius tamen spectat necessitatem. Vnica demũ comestio nisi ad ieiunium necessaria sit, metitur Greg. à quadragesimali ieiunio, dies dominicos subtrahentes: quoniam inter dies dominicos tunc & alios tantum vna vel multiplex comestione abstinentiã distinguere experimur. Et hoc testatur Ecclesiastica obseruatio. Accedit tamen circa hoc quæstio, tum de vespertino ientaculo vocato collatione vespertina, tum de dimittentibus prandium, tum de propinã seu credentiã facientibus dominis, tũ de pluries bibẽtibus cũ aliqua confectio ne, tũ de comedentibus aliquid propter superuenturam tarditatem prandii, tũ de fumentibus manẽ ientaculũ, seu collationẽ ferotinã, & prandii differentibus ad noctem: videntur enim omnes hi pluries comedere, & tamen non frangere ieiunium. Sed quædam horum facillè patent non aduersari vnicae comestioni

mestioni intentæ ab Ecclesia. Interpretantur siqui-
 dem comestionem per se, hoc est ex intentione come-
 dendita quòd solus ille vltra ordinariam comestio-
 nem manducat, qui ideo manducat vt manducet. In
 quorum numero nõ cõputari constat facientes cre-
 dentiam, sumentes aliquid ne potus noceat, & hoc
 modo sumentes ientaculum serotinum, & pari ra-
 tione diuidentes prandium: puta quia præaccipiunt
 aliquid seruitores aut lectores mensæ: vel quia surgit
 à medio prandio ad aliquid occurrens, & postea re-
 deunt ad terminandum prandium. In his non est ex
 intentione nisi vnica comestio: quia per accidens di-
 uisio illa accidit. Præsumentes autem aliquid manè
 propter præuissam longam occupationem retardatu-
 ram à prandio, ex eodẽ capite videntur excusari. Sed
 quia hora non videtur admittere quod ad vnitatem
 prandii spectet quod manè sumitur, ideo ex debilita-
 te isti excusantur quando excusantur: quia scilicet si
 hoc non facerent, quasi deficerent & inepti essent
 ad id quod interim facere oportet. Sumere verò
 ientaculum serotinum ad sustentationem naturæ,
 est proculdubio iterum comedere: quia directè man-
 ducare ad naturæ sustentationem ordinatur, vnde
 apud religiosos manducatio vocatur refectio: & lo-
 cus manducandi, refectorium: quia religiosi non de-
 bent vti cibo nisi ad reficiendum. Sumere autem di-
 ctum serotinum ientaculum ex consuetudine, quia
 sic consuetum est, piè interpretandum est: vt scilicet
 fiat ne potus noceat. Sumere autem ipsum vt con-
 sum ex cõsuetudine etiam sine siti tolerabile videtur:
 quamuis verè secundam inducat comestionem par-
 uulam: sed quasi pro nihilo habetur, consuetudine
 suffragante. Verum serotinum ientaculum manè su-
 mere, & prandium in vespertinum tempus differre,
nulla video ratione licere: quia nec consuetudo excu-
sat.

fat, nec ius concedit. Possit tamen persona aliqua vel sic complexionata: vel propter occupationes diurnas, &c. dispensari in hoc (sicut & in aliis rationabilibus casibus, vt dicitur) ab Episcopo. Nec sumere in ientaculo serotino parum panis, frangit ieiunium quia ad hoc videtur serotinum ientaculum reductum, vt non referat quid quisque sumat, si modum non excedit & recte sibi quisque consulere videtur qui illud sumit quid sue complexionis plus prodest, ex quo medicina causa conceditur. Hæc de primo.

Iura dies ieiuniorum statuerunt & consuetudo.

Dies ieiunii noti sunt ex consuetudine magis quã iure. Et propterea constat & quadragesimam, & quatuor tempora, & vigiliam natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis, & omnium sanctorum & Apostolorum (nisi Ioannes euangelistæ ac Philippi & Iacobi) natiuitatis Ioannis Baptistæ, ac beati Laurentii & non plures cõmuniter esse ieiunio celebrandas: nisi alicubi antiqua consuetudo aliter obtinuerit in aliquo dierum: quoniã consuetudo derogare potest iuri, sicut fecit ius præcepti in ieiuniis quatuor temporum paschaliũ & vigilia Pentecostes, quorum nullum ex iure apud diuum Thomam est in præcepto: quia est ieiunium exultationis. Hæc de secundo.

Ieiunium quib. personis inexcusabiliter sit obligatorium.

Quo ad tertium (qui scilicet tenentur ad ieiunium) quum hoc sit præceptum generale commune toti populo Christiano, omnes tenentur quæ rationabilis causa non excipit aut excusat. *Rationabilis autem causa in proposito vocatur*

X 3

tam